

Disceptatō**in extremis**

em deus dedit infinita bona. quia eum
constituit dominum omnium creatura-
rum. psalmista. Omnia subiecisti sub
pedibus eius. et famulus fidei est ra-
tio que in eo dormiatur quod in purita-
te vite remanserit. thesaurum paradisi
quē deus ei commisit se et heredibus ha-
bet. Sed adam volens plura acquirere
quanto appetebat ut alter deus non es-
set: statim thesaurum paradisi perdidit
et tunc pedem dexterum famuli ampu-
tauit. quia seductus per eum scilicet per
sensualitatem non per rationem p̄cep-
tum diuinum vilipendit. sed oleum mi-
sericordie clamantem in furore suo panem ac-
quiuit. Cuius miseriam videns dei fi-
lius de celo descendit et eum per propri-
um sanguinem redemit et in domum dei
duxit quando infernum spoliavit. Ipse
peccata nostra in corpore suo portauit.
quanto pro nobis miseris mortuus ē.
Pauper qui inuenit thesaurum est x̄pus
qui paradysum obtinuit. non pro se sed
pro omnibus qui eum diligunt. heremi-
ta deum deprecatus est. sic x̄pus in pas-
sione per carnem incepit timere quādo
dixit si possibile ē tibi oleat a me calix iste
et rogauit pro genere humano. Sicut
amus igitur. etc.

*De iniuste aliena bona occupanti-
bus: grauis erit in extremis disceptatō*
Capitulum cxviiij.

Maximianus
regnavit: in cuius imperio
erant duo milites quorum
vnu erat iustus et timens deum: alter
vero cupidus et dives: qui magis stu-
duit mundo placere quā deo. Miles ius-
tus quandā terram annexam terre cui-
pisci habebat: quā cupidus toto corde
desiderabat habere. Sepius ad militem

iussum perrexit et ei aurum et argentum
obtulit quantum volebat: si terram illā
ei venderet. Ille vero semper renuit sic co-
tastis recessit. sed cogitabat quomodo
eum deciperet. Accidit quod in suis morere-
tur: quod audiens cupidus cartam no-
mine defuncti scribi fecerat quō defunc-
tus in vita sua per quādam summā pecu-
nie ei terram quā desiderabat vendidit.
Quo facto tres homines precio contor-
xit ut ei perhiberent testimonium. Cum
quibus ad defunctum accessit et sigillorum
eius inuenit in camera ubi defunctus ia-
cuit: omnes expulit exceptis suis testi-
bus. Deinde coram testibus sigillum in
manu defuncti posuit et pollicem super si-
gillum ita quod cum pollice mortui cartam
suam signauit dicens. Ecce estis testis
huius rei. Qui dixerunt Sumus. Et
sic ille miles terram illam ut suam occu-
pauit. Cui filius defuncti dixit. Quare
terram meam occupas. Qui respondit. Pa-
ter tuus mihi eam vendidit. Cui ille. Plu-
ries ad patrem meum venisti et pecuniam
obtulisti pro terra. sed pater meus nunquam
voluit eam vendere. Generunt pariter
ad iudicem. Miles cupidus de emptio-
ne cartam sigillatam sigillo defuncti ostē-
dit et testes adduxit qui huic testimo-
nium perhibuerunt. Cui filius defuncti di-
xit. Scio quod hoc est sigillum patris mei
sed scio quod nunquam tibi vendidit. quomodo
sigillum habuisti ignoro quare ibi testi-
monium de hoc perhibeas. Iudex vero
illos tres ab iudice separari fecit et militem
similiter. et seniores fecit adduci queres
ab eo si orationem dominicam sciret et
fecit eum coram eo a principio usque ad
finem dicere. Qui eam bene sciuit. Et
illum fecit poni in locum seorsum. De-
inde iussit secundum adduci et ait ei.
Carissime ante te socius tuus erat hic:
qui mihi dixit ita verum sicut pater no-
ster. Ideo nisi tu dicas mihi veritatem